

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

297
vagi sunt gressus eius et inuestigabiles Nunc ergo
fili mi audi me et ne recedas a viris oris mei.
Longe fac ab ea viam tuam et ne appinques foribus
domus eius. **N**e res alienis honorem tuum et an-
nos tuos crudeli ne forte impleantur extranei
viribus tuis et laboris tui sint in domo aliena et
gemas in nouissimis quam consumpseris carnes et
corpus tuum. **E**t dicas Cur de testatus sum discipli-
nam et increpationibus non acquieuit cor meum ne au-
dium vocem dicentium me et magistris non inclinavi
aurem meam. **V**ene fui in omni malo in medio ecclesie
et synagoge. **B**ibe aquam de cisterna tua et flucta
putei tui. Deriuent fontes tui foras et in plateis aqus
tuas viuere habeto eas solus nec sunt alieni principes
tui. **S**it vena tua benedicta et letare cum muliere ado-
lescencie tue. **C**erua carissima et oratissimus hymnus
vbera eius inebriet te omni tempore et in amore illius de-
lectare iugiter. **Q**uare sepueris fili mi ab aliena et fo-
ueris in sinu alterius. **R**espicit dominus viam hominis et
omnes gressus illius considerat. Iniquitates sue capiunt
impium et fimbriae pedum suorum constringunt spiritum morietur
quia non habuit disciplinam et in multitudie sculticie
sue decipietur. **S**apientia edificauit sibi domum excidit
columnas septem immolauit victimas suas miscuit
vinum et proposuit mensam suam et misit ancillas suas
ut vocarent ad artem et ad menia ciuitatis. **S**i quis est
paruulus veniat ad me insipientibus locuta est veritate
comedite panem meum et bibite vinum quod miscui
vobis. **R**elinquite infantiam et viuere et ambula-
te per vias prudentie. **Q**ui erudit de risore ipse sibi in-
iuriam facit et qui arguit impium sibi maculam generat.
Noli arguere derisorem ne occidat te argue sapientem et
diligat te. **D**a sapienti occasionem et addetur ei sapientia do-
ce iustum et festinabit accipere. **P**rincipium sapientie
timor domini et scientia sanctorum prudentia per me enim multi-
plicatur dies tui et addentur tibi anni uite tue. **S**i
sapientis fueris tibi metipsum eris si autem illud solus
portabis malum. **M**ulier sculta et clamosa plenaque
illecebris et nihil omnino sciens sedet in foribus domus
sue super sellam in excelso vrbis loco ut vocaret trans-